

**Programma Qvo Rector Universitatis Rostochiensis Wilh. David Habermann Med  
D. Ejusdemqve Profess. Public. & Poliater. Ad Solemnes Exeqvias Qvas Conjugi  
... Catharinæ Oelgard von Lehsten Matronarum summo ... Philipp. Cuno à  
Bassevitz ... Ducis Mecklenburgici Regentis Consiliarius Provincialis ... Omnia  
Ordinum Cives Academicos ... invitat : [P.P. sub sigillo Rectoratus d. 21. Martii.  
Anno 1709.]**

Rostochii: Wepplingius, [1709]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn766689603>

Druck    Freier  Zugang



Habermann, W. D.

in

C. O. v. Lehsten.

Rostock, 1709.



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn766689603/phys\\_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn766689603/phys_0002)

DFG





PROGRAMMA

Qvo  
RECTOR

UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS

WILH. DAVID HABERMANN

Med. D. Ejusdemque Profes. Public. & Poliater.  
AD SOLEMNES EXEQVIAS

Qvas

CONJUGI DESIDERATISSIMÆ  
GENEROSISSIMÆ DOMINÆ  
DNÆ

CATHARINÆ

Delgard von Lehsten

Matronarum summo & aeterno Decori

VIR ILLISTRIS AC GENEROSISSIMUS

DN. PHILIPP. CUNO

à BASSERBYE



Seruientiani Ducis Mecklenburgici Regentis Consiliarius

Provincialis Meritissimus,

Hereditarius in Dalpia &c. &c.

MOESTISSIMUS MARITUS

Studiose parat freqventandas

OMNIUM ORDINUM CIVES ACADEMICOS

eaqua decet humanitate & per amanter invitat.

Rostochii, Typis Job. Weppling I, SEREN. PRINC. &c Acad. Typogr.



Llud : *Dissolvi cupio*, qvi cum D. Paulo  
ingeminat, se constrictum, ligatum,  
irrestitum fatetur. Qvænam vero hæc  
vincula? Quid hominem ita captivum  
tenet? Corpus esse respondent Philoso-  
phorum inter gentiles optimi, & qvi  
illos non tatis provide è Christianis le-  
qvuntur. Carcerem illud esse putant,  
in qvo animus hominis inclusus vincitus.  
qve teneatur, donec per mortem liberatus atq; solutus exeat.  
Et qvid mirum, ethnicos nil præter rationem luminis haben-  
tes ita ratiocinatos esse, nec ad sumimam veritatis cognitionem  
pervenisse? Multum certe sapientiæ sunt lucrati, cum lex  
Divina cordibus ipsorum inscripta illos incitavit ad desiderium  
melioris vitæ, quæ à voluptatum stimulis, qvos à solo corpore  
proficiisci putabant, foret libera. Hinc futuram, qvam qvæ-  
rebant, felicitatem, in eo consistere sibi persvasi erant, qvod  
anima tum sine corporis mole Divinam actura esset vitam.  
Nec ulterius progredi poterant, ut novissent qvoq; corpora  
aliq; vando pura & sancta resuscitatum iri; hoc enim ratio ex suis  
principiis immota certitudine evincere nequit. Id tamen  
mirari subit, qvando videmus, viros Scripturæ lumine illu-  
stratos in eundem erroris scopulum incidere, ac si meliora edo-  
ceri non possent, aut egenis gentilium, qvi majoribus sapientiæ  
divitiis erant destituti, ratiociniis major esset habenda fides.  
Videtisne, o homines, de corporis mole conqverentes, vos in  
ipsum Creatorem vestrum esse injurios? Junxitne hic sapien-  
tissimus Plastes corpus vestrum cum anima, ut duplex bene-  
volentia pariter ac sapientiæ Specimen ei acceptum ferretis?  
Nam anima vestra Spiritus refert, corpus autem cæteras crea-  
turæ omnes corpore gaudentes. Qvomodo igitur tam arcte  
copulati amici se invicem ut divellantur, tam anxie anhelare  
posseunt?

possunt? Imo in ipso mortis agone evidens est, quam invite anima nostra à corpore, socio suo tam fideli & constanti, separatur, nec dubium esse potest, quin ita per vim divulsa ad restitutionem potius unionemq; avide aspiret, ut sine coniunctio- ne illa perfecto in cœlis gaudio frui non possit. Unde igitur cupidio illam Christianis, quando dissolvi cupiunt, originem trahit? Aliud quicquam, dulcissimam corporis cum animâ unionem turbans, accesserit necesse est, ut mortem subire malint, quam vitam hanc amplius vivere. Quidnam vero hoc? Proh dolor! peccatum est, venenum illud pestiferum, à DEO omniq; vita divellens, & in æternam mortem præcipitans; Hinc illi voluptatum stimuli! Hinc illæ lachrymæ! Hoc latuit gentiles, quod ex sola revelatione constat. Malum quidem sentimus omnes, sed originem nescimus. Hinc illud: *dissolvi cupio!* O me miserum! quis me liberabit à corpore hujus mortis! Audin' Apostolum non ab ipso corpore, sed hujus mortis, quam peccatum sibi aliisq; inferre queritur, corpore liberari desiderat, ut anima malo hoc per dissolutionem istam sublato cum corpore, sine peccato iterum unita vivere queat. O beatos! O felices! qui voti hujus jam compotes facti lætam mox restitu- tionem corporis sui, æterna gloria induiti, exspectant. Quidam ergo & nos beatam prædicemus Matronam omni & generis & animi nobilitate etiam post mortem fulgentem DN. CATHA- RINAM OELGARD von Lehsten / cum votum hoc dissolvi cupio! toties totiesq; à peccatorum mole expressum, à vita necisq; Domino clementer concessum deprehendimus. Nobis jam incumbit, ut fulgidissimæ vitae & tam beatæ mortis sempiternam figamus memoriam, omnibusq; exemplum ex- optatae dissolutionis, quod sequuntur, relinqvamus. Primam hujus vitae lucem aspexit Matrona Generosissima, jam B. DN. CATHARINA OELGARD von Lehsten / in Du- cali prædio Satau d. 20. Jul. 1648. Patre Viro quondam Gene-

A. 2 resissimo

rosissimo ac illustri Domino HANS FRIDERICH von  
Lehsten/ Consiliario Provinciali Eminentissimo, Hæreditari-  
rio in Wardau/ Döllitz/ Boddin/ Schönaeu/ & Wesselstorff/  
Summo olim Literarum Mœcenate & Aulifice, Matre autem,  
omnium, qvæ Matronam decorant, virtutum genere conspicua,  
Generosissima & a pietate laudatissima Domina Ilse von  
Derßen/ è Nobilissima Domo Roggau/ gaudens felicissime.

Lineæ Paternæ.

Avus extitit Generosissimus Dominus FRIEDERICH  
von Lehsten / Hæreditarius in Wardau & Kobrau/ atqve  
Hypothecarius in Satau.

Avia Generosissima qvondam Domina, CATHARINA  
von Levithauen / è nobili stirpe de Lunau prognata.

Proavus primus Generosissimus Dn JOACHIM von Leh-  
stē/POTENTISSIMO DAN. & NORW. REGI à Cubiculis  
& dein Rege hoc Clementissimo orbatus Viduæ superstitis Do-  
minæ Dnæ SOPHIAE Aulæ Director, ac Regius Praefectus  
Friedrichsburgi, in Wardau Kobrau & Schwebh Hæreditari-  
rius.

Prima Proavia, Generosissima Dna URSULA Bierreg-  
gen / sedis Weitendorff & Benitz.

Secundus Proavus, Generosissimus Dominus HANS  
Levithau in Lunau/ Boddin & Döllitz Hæreditarius.

Proavia secunda, Generosissima Domina ANNA von  
Winterfeld/ è domo Sandau & Riesenitz.

Primus Abavus, Generosissimus Dominus CHRISTOPH  
von Lehsten / Hæreditarius in Wardau & Kobrau.

Abavia prima, Generosissima Domina CATHARINA  
von Plessen / sedis Paritz.

Secundus Abavus Generosissimus Dominus OTTO  
Biereggell / in Benitz & Weitendorff Hæreditarius.

Abavia secunda, Generosissima Domina ANNA Bi-  
hauen/ domus Berendshagen.

Abavus

Abavus tertius, Generosissimus Dominus JOACHIM.  
Levitzau / in Lunau Hæreditarius.

Tertia Abavia, Generosissima ANNA Schneckers/  
de sede Wüstenfelde.

Quartus Abavus, Generosissimus Dominus DIETERICH  
Winterfeld / Hæreditarius in Sandau & Risenb.

Abavia qvarta, Generosissima Domina BARBARA Ho-  
ben / de domo Wastau.

Atavus, Generosissimus Dominus VICTOR von Leh-  
sten / in Werdau / Kobrau & Gottih Hæreditarius.

Atavia, Generosissima Domina ELISABETH Rosen/  
de domo Teschau & Camminb:

Huc pertinent qvoqve celebratissimi Majores.

Schöffii, e Domo Döncendorff / (morte jam extirpati)

Heydebeekii, de Domo Klempenau & Zuchen.

Balgii, e Domo Wenderau (itidem jam extirpati)

Buchwaltii, de Domo Neverstorff.

Belavii, e Domo Klincken.

Mahnii, de Domo Basedau.

Mollendorffii, e Domo Dargelünb.

Strahlendorffii, de Domo Goldebeen. &c.

#### Lineæ Maternæ

Avus, Vir qvondam Generosissimus Dominus JASPER  
von Oerzen / in Roggau Hæreditarius.

Avia, Generosissima qvondam Domina EVA von Pen-  
hen / è domo Redewien & Warlit.

Proavus primus, Generosissimus Dominus JÜRGEN  
von Oerzen / DUCIS MECKLENBURGICI Præfetus in  
Neuenkloster / Hæreditarius in Roggau & Gorau.

Proavia prima Generosissima Domina ANNA von der  
Wischen / domus Ehlersdorff in Holsatia.

Secundus Proavus, Generosissimus Dominus HART-

A 3

WIG

WIG von Penzen / in Redewien & Warlich Hæreditarius,  
Proavia secunda , Generosissima Domina JLSCHE  
Daldorff / de domo Wotersen in Saxonia.

Abavus primus , Generosissimus JASPER von Derhen /  
Hæreditarius in Roggau / Gorau & Gerdehagen.

Prima Abavia, Generosissima Domina MARGARETHA  
Pogwischen / domus Farve in Hollatia.

Secundus Abavus Generosissimus Dominus CLAUS von  
der Wische / in Ehlersdorff & Baneckendorff Hæreditarius.

Abavia secunda, Generosissima ABEL Rathlauen / è do-  
mo Lindau in Holsatia.

Tertius Abavus, Generosissimus Dominus VOLLRAHT  
von Penzen / in Redewien & Warlich Hæreditarius.

Abavia tertia, Generosissima Domina MARGARETHA  
Bülauen / domus Wedendorff & Holldorff.

Quartus Abavus, Generosissimus Dominus VALENTIN  
Daldorff / in Wotersen Hæreditarius.

Abavia quarta, Generosissima Domina OELGARD Ran-  
hauen / e domo Putlose / in Holsatia.

Atavus, Generosissimus Dominus SIVERT von Derhen /  
Hæreditarius in Roggau & Gorau.

Atavia, Generosissima Domina von Penzen / de domo  
Redewien.

Majores numerat.

Ranhauen / domus Putlose,  
Ranhauen / e domo Paucker.  
Brockdorff / de domo Lunsahn.  
Buchwalten / è domo Neversdorff.  
Berckentihnen / domus Zecher.  
Ahlfelden / de domo Lehmkuhlen.  
Von der Wischen / domus Glasau.  
Seestaden / è domo Verdoel. &c.

Hæc

Hæc est illusbris , antiquæ , omniqve nobilitate coruscantis familiæ gentisqve series , qvæ Generosissimam qvondam , nunc B. Dominæ CATHARINAM OELGARD von Lehsten ex nobili sanguine suo nobis prognatā dedit , sibiqve per omnia virtutum genera similem concreavit animum . Qvam vero nobilitatem Christus sanguine suo etiam futuro seculo talem reddidit , cum per Baptismum hunc illustrem surculum sibimet ipsi inseruit , insertumqve omni spiritus sui abundantia largiter fœcundavit . Hoc quoqve ut custodirent , auctumqve novis incrementis redderent , nulla unquam , qvæ curando ornandoqve tanto pignori conveniunt , neglexerunt media Generosissimi qvondam Parentes ; qui in id omni conatu & studio incubuerunt , ut exoptatissimam hanc suam filiam omni pietatis virtutumqve , qvæ virgini ex nobili sanguine cretae convenient , decore exornarent . Qvod & tam prospere cessit , ut vivum hoc virtutis exemplar , vix vigesimum ætatis annum attingens , Generosissimus qvondam vir , Dominus AUGUSTUS JULIUS von der Kettenburg A. 1668 . d. 20. Octob. tori felicem sociam sibi adjungeret , & ex eo similia virtutis exempla , 5. Filios unamqve Filiam DEO benedicente procrearet . Horum primogenitus , Generosissimus Dominus CHRISTOFF von der Kettenburg in Wüstenfelde Hæreditarius & Capitaneus dexterimus , uxorem duxit Generosissimam feminam von Barßen e domo Rambau , & cum ea B. matri suæ desideratissimæ 4. genuit nepotes lectissimos . Filius secundus , Generosissimus Dominus HANS FRIEDERICH von der Kettenburg , Serenissimo Holsatiæ Duci à consiliis intimis , ex unica Ducalis Holsaticæ aulæ summi Præfecti relicta Generosissima filia von Ranßauen / tria dulcissima tori pignora accepit . Tertius filius , Generosissimus qvondam Dominus Cort Jürgen von der Kettenburg / Archi-Capitaneus olim copiarum summi in Germania Imperatoris

toris sub auspiciis Seren. D. Stahrenbergii , eximia multa in  
omni confictu fortitudinis signa etiam in Italia exhibuit & glo-  
riosa morte ad urbem Turinum liberandam occupatus ibi ob-  
signavit. Filius quartus, Generosissimus Dominus HELMUTH  
WILHELM von der Kettenburg / Capitaneus perqvā strenuus,  
Cælarei Duce Seren. Marchione Badensi exercitus in Italia,  
conjugem exoptatissimam sibi associavit Generosam feminam  
SOPHIAM von Saurzapfen / Qvintus filius, Generosus  
olim Dominus FRANZ HINRICH von der Kettenburg/  
signorum militarium summi Batavorum Regiminis qvondam  
Præfectus in Brabantia, morbo qvodam nimio calore æstuante  
ibidem peremptus ex militari campo ad æternæ pacis locum  
beate transiit. Ita qvoqve unica Generola filia Ilse von der  
Kettenburg / Conventualis qvondam in Cœnobio omni nobil-  
itate conspicua Dobbertinensi aliquot abhinc annis in æternam  
tranqvillitatem, cui se totam dicaverat. est translata.

Postqvam vero supra laudatus Maritus ab eo , qui conju-  
gia & contrahit & solvit, morte fuit abreptus A. 1676, d. 9. Sept.  
Divina benevolentia locum hunc multa tristitia & dolore va-  
cuatum, mox pro omni voto & necessitate iterum explevit, id  
quodgravissima rei Oeconomicæ in agris cura, nec minus sol-  
licita , quæ reqvirebatur, filiorum adhuc puerorum educatio  
efflagitare videbantur, ne onus hoc ingravescens unicum,  
quod reliquum erat, fulcrum quoque supprimeret. Nam  
consentiente & svadente universa generola familia Vir Illu-  
stris, atqve Generosus, Dominus PHILIPP GUNO von Basse-  
vitz / Sereniss. DUCIS REGENTIS MECKLENB. DOMINI  
nostrí Clementissimi Consiliarius Provincialis Gravissimus,  
Hæreditarius in Dalvitz/conjugiurn felicissimum, aliquandiu  
turbatum, Anno 1680. d. 50. Jan. felici auspicio iniit, inq eo  
4. Filios & 3. Filias sibi haud sine magna animi delectione  
genitos vidit. Primus filiorum, Generosissimus Dominus HEN-  
NING

NING FRIEDERICH von Basseviß / Serenissimi Ducis  
Mecklenburgici Regentis, Domini nostri Clementissimi sum-  
mus Pincerna & Hæreditarius in Peleberu / conjugal in vin-  
culo secum univit Generosam feminam MARIAM  
ANNAM CLAUSENHEIM | quæ quatuor liberorum  
felicissima jam extitit Mater. Secundus filius, Generosus  
quondam CARL CHRISTIAN von Basseviß / Poten-  
tissimo Daniæ & Norwegiæ Regi CHRISTIANO V. p. m.  
à famulitio eqvestri paucos ante annos juvenis adhuc summæ  
spei efflorvit. Tertius Generosus Dominus JOACHIM  
OTTO von Basseviß / Serenissimæ Ducissæ Saxo-Neobur-  
gicæ existit Cubicularius. Filius quartus CUNO  
HINRICH von Basseviß / infans 6. Mensum vitam, mo-  
do acceptam, iterum exspiravit. Filiarum prima, Ge-  
nerosa Domina OELGARD ELEONORA von Bassevißen/  
Conventualis est in nobili cœnobio Ribbenicensi. Secunda  
filia Generosa Domina ANNA SOPHIA von Bassevißen/  
superiori anno conjux dulcissima facta est Viri Generosi, Do-  
mini CHRISTOFF FRIEDERICH von Lauthauen / Capi-  
tanei Dexterrimi & Hæreditarii in Lütken Buhinn. Tertia  
Generosa filia MAGDALENA SYBILLA von Bassevißen/  
virgo adhuc in Generosi Parentis ædibus degit, ejusq; fami-  
liari custodiendæ rei prudentissime præst. Atq; sic Beata  
nostra, Generosa quondam Matrona von Lehesten / 13. libero-  
rum Mater & ii. nepotum extitit Ayia.

Jam qvod vitam Beatæ Matronæ omnibus virtutibus ful-  
gidissimæ concernit, multa quidem in perpetuam laudem per-  
fectumque aliis exemplar in medium proferri & commemo-  
rari possent. Sed ut breviter complectamur omnia, ita se erga  
Deum, proximum atque semetipsam gessit, ut nihil tere nisi

B

qvod

quod communis humani generis labes impedit; desiderari posset. DEUM, cui se totam in sanctissimo lavacro consecratam noverat, tam sancta atque constanti pietate colere studuit, ut quavis occasione, etiam in afflictionum acerbitate saepe gravissima ejus eximia dederit specimina. Quid enim affidua verbi Divini meditatio, nunquam intermissa cultus publici frequentatio, cupida & sedula scriptorum Sanctorum evolutione, Sacramentorum freqvens usurpatio, fidelis & diligens oratio & alia, quae huc pertinere sciebat, spiritualia exercitia sedulo instituta, qvid haec omnia aliud quam cor pium, fidele ac sincerum confirmare & ad beatam dissolutionem aliquando futuram preparare poterant? Quantum etiam sapientiae spiritualis hinc sit lucrata, omnibus probarunt insignes, quibus afflictos erigere callebat, consolationes, in primis autem hoc satis demonstrant Meditationes illae, quas oratione & prosa & ligata compositas reliquit, utpote quae haud sine magna qvivis admiratione legere potest. Sic nulla prorsus tam privata quam publica pietatis exercitia neglexit, sed in omnibus se affidam, diligentem ac ledulam praestitit. Docebatur enim ex Literis sacris, haec vera & aeternum duratura esse ornamenta, quibus nobiles foeminae se exornare possent & deberent, ut Deo pariter ac hominibus placerent. Quam sincerus & sine omni hypocriseos fuso animus hic in Deum fuerit, amor quo proximum suum quemlibet pro status vitaevque generis ratione fuit amplexus, evidenter comprobavit. Noverat enim, omnem pietatem, cultum amoremque DEI falsum imo nihil esse, cum amorem proximi non ex se progigneret. Quomodo enim DEUM, quem non videt quis amare posset, proximum vero, qui ante oculos, odio habere. Sicut autem Illustris & Generosus Maritus, arctissimo omnium vinculo junctus & copulatus fuit Beatae, ei quoque primitias, hujus amoris,

amoris, quem proximo debemus, constanter præbuit,  
nec verbis aut ore solum sed ipso opere & industria, qvam  
res Oeconomicæ & in primis sollicita liberorum educatio  
postulabant. Illas tanta prudentia, vigilantia & inde-  
fessa opera administravit, ordinavit, composit, ut nihil  
ulla incuria aut imprudentia periisse videretur; Hoc ve-  
ro, quorum præcipuam curam à DEO sibi demandatam  
existimavit, non tantum vivo virtutum exemplo ad bo-  
nam & felicem seqvelam instigavit, sed etiam instruxit &  
erudiri curavit omnibus iis, quæ ad excolendum ingenii-  
um, informandum animum, implantandam veram pietati-  
tem, corpus reddendum habile atque aptum cuvis bono  
operi unquam reqviri poterant. Proximum enim post  
conjugem amoris gradum sibi optimo jure liberi vendi-  
cant, quos ut verum DEO cultum præstare & humano  
generi aliquando inservire doceant Parentes, summus &  
præcipuus conjugii finis ab illis exigit. Utrumqve hoc &  
rei familiaris & liberorum educationis officium tam stren-  
ue suscepit, ut dulcissimi Mariti sui, quem communis  
patriæ salus ad negotia muneric sui publica haud sine  
multa molestia expedienda saepius avocavit, partes simul  
subiret tantoque oneri omnino par esset. Qvalem igitur  
animum erga naturales suos liberos constanter fovit,  
talem quoque justo tamen discrimine, semper gessit erga  
qvoslibet suos subditos atque domesticos, qui pariter  
curam aliquam paternam à Dominis suis exspectare ha-  
bent. Hanc providentiam & tutelam quoq; iis exakte  
excolvit, optime sciens, se qvoqve Dominum in cœlis ha-  
bere, & ejus custodia ac conservatione se suaque omnia  
gubernari & protegi. Quidni ergo suos iterum commu-  
ni hocceamore amplecteretur, qvo DEUM se omnes-

B2

que

que homines fovere experta esset. Vos autem, Gen  
erosi Cognati, Affines & Propinqui, quanta charitate  
& commodis vestris inserviendi promptitudine prose-  
cuta sit, ipsi adhuc vivi existitis testes, idque in votis  
habere videmini, ut diutius hac exoptatissima familia-  
ritate frui concessum fuisset. Et quid multis? neminem  
unquam studio & opera debito suo officio atque auxilio  
privavit, pauperum inopiae & egestati pro viribus suas  
liberales praebuit manus, in periculis aliisque afflictioni-  
bus laborantem sublevare gavisa est, nec ulli unquam  
rogatum auxilium pertinaciter denegavit. Tam insignes  
tamque eximios amoris fructus sincera pectoris fides  
peperit & tanquam splendidum lumen omnibus laetissi-  
mam lucem communicavit. Non tamen fieri potuit,  
quintantum per tot annos sustentatum onus vires paula-  
tim corporis ablumeret Beatamque variis morborum in-  
firmitatumque generibus obnoxiam redderet. Qvod  
etiam Illustris cum persenticeret Conjur, se in nostram  
conferre urbem decreverunt, quo animae pariter & cor-  
poris majorem curam habere possent, nec tot molestiis  
& negotiis, ut in rure, distraherentur. Qvod & ante  
annum & qvod excurrit reipsa praestiterunt, ut adeo per  
hoc temporis spatium Beata, quantum fieri potuit, &  
animam & corpus recreare & restituere studuerit. Non  
tamen prohibere valuit, ne valetudo magis subinde in-  
gravescens Medici operam implorare cogeret, quam  
etiam strenue, ut solet, suppeditavit Vir Excellentissi-  
mus, Collega noster Honoratissimus D. SCHAPERUS,  
&, quid de morbo ejusque vehementia constet, hisce ape-  
rire voluit.

Ad

Ad morbum Generosissimum & omnibus sui sexus virtutibus maxime conspicue Dominae de BASSEWITZ jam Beata quod attinet, imbecillis & delicata corporis ejus textura multis morborum tentabatur generibus, qua ut atatis florēscētis Viribus facile, ita collectā cum annorum serie non semper consuetā olim felicitate superari poterant; sic quasi ex insigni prælio per laboriosam Victoriam delassata sapè redux agra, non ita subito pristinas colligere poterat Vires, & hinc inter omnes varioscque hactenus morbos ipsi eō magis gravis scorbutus erat, hic n. agrā lento, ut solet, gradu invadens, vi clandestinā id efficiebat, ad quod in robustis aperto indiget marte. Freqvens hinc Status sani erat mutation, ast post adhibita convenientia & exquisita remedia cum sanitate tamdiu redibat in gratiam agra, quamdiu dominanti posthac apertius scorbuto aut Vernale, aut autumnale, si non utrumq. tributum quotannis sufficiebat. Verum enim verò, quamprimum ille succum & sanguinem depascens endemius hostis altiores egerat radices, & huic in tam debili ac delicato corpore sic facilē ad consummationem properanti jungebatur comes indivisa TABES, freqvens eaque plus ferina quam humida tussis, angusta insuper ac molesta respiratio, cum phlegosi non rara, sapè in astum durabilem abeunte, & hinc porro febris Catarhalis frequentes Paroxysmi in delicata agrā nostrā restitutionis spem eō magis imminuebant, quod magis inde depravatus enascebatur status. Undique sic afflita, ubique viribus ferè destituta optima agra ad maiorem TABIS gradum precipitabatur, & febris hactenus catarhalis jam hectice induebat indolem, simulque spem restitutionis nec curā diligentissimā, nec indefesso artis medicæ negotio reparabilis omnem auferebat, Quemadmodum proh! quod jam diu metuebam, tandem eveniebat; ubi Agra

Patientissima ; valde emaciata ; viribus corporis penè omni-  
bus exuta post omnia obitum haud ita diu precedentia confve-  
ta expansi abdominis ; pedumque tumidorum & diarrhoeæ se-  
dia perpesta , quibus consummata tabes finiri solet , die XXVI.  
Febr. circa horam vespertinam undecimam , chronico huic morbo  
& simul morti succumbebat , hac tamen singulari divinâ  
gratiâ , atque omnino non levi luctuosorum adstantium sola-  
tio ; Optima nimurum Egra nostra constantibus & exquisitissi-  
mis animi & generosissimi & Pientissimi & Maximè Christiani  
dotibus in ultimum usque vite momentum prædicta erat , & pla-  
cidissimo vix ad momenti tantillum deliquio animam simul  
suam Creatori uti sapis ita brevi ante multis devotis preci-  
bus commendatam reddebat suo.

Sed non solum corpori medicina ut pararetur operam  
dedit ; animam quoque , cuius dissolutionem à pecca-  
minoso corpore optaverat , ad instantem mortis ago-  
nem , confortare quæsivit . Converso itaque ad Deum  
unicum animæ Medicum & cum eo per fidem reconciliata , S. Cœna usa est , administrante Max. Rev. Dno.  
M. ZEIDLERO , Pastore Petrino meritissimo , non  
multis abhinc diebus , præmissa seria peccatorum con-  
fessione . Hisce per firmam animi fiduciam roborata , ani-  
mum ab omnibus hujus seculi cogitationibus abstractum  
futuro jam gaudio plena dicavit donec voti sui compos-  
facta horam hanc desideratissimam propius appropin-  
quare sentiret , in qua mente ad DEUM directa precibus  
que simul cum aliis ardenter fusis placide obdormivit  
d. XXVI. Febr. hujus anni hora II. nocturna & post com-  
pletos ætatis suæ LX. Annos VII. Menses VI. dies hanc  
vitam

vitam tantis encomiis laudibusqve conspicuam gloriose finivit.

Ast fallor ! non finivit ; Virtus enim mori nescit : Sed ad Vitam immortalem per venit mortemque in CHRISTO superavit. Nuncque transcendit Verè Beatissima terrena cuncta, despicit curas mortalium, non timet amplius Fortunæ lusus injuriasq; i qua nostris cervicibus adhuc imminent. Audit concentum Angelorum Anima Ejus, laudesque Sanctorum, harmoniam cœlorum : pascitur in domo DOMINI sine satietate ; DEUM CREATOREM, CHRISTUM SALVATOREM & SANCTIFICATOREM suum à facie ad faciem intuctur. Corpus vero Ejusdem, quod domicilium tantæ Virutis fuit, terræ e qua conditum est restituetur, ibique brevi exspectabit Vocem excitantis JESU CHRISTI: QVI cum tanquam CAPUT resurrexit, hoc suum membrum non relinqvet in Cineribus : QVI, cum Afflictorum sit Fidelium suorum PATER, Et Paterno animo aspera Et dura nobis injungat, etiam Illustri Et Generosissimo Domino Marito, Generosissimis Filiis, Filiabus Et Cognatis, omnibus ex tanto Vulnera mœstissimis, solatium dabit efficacissimum! Quod ut ex animo precamur, ita nostro quoque Christianæ pietatis humanitatisque officio deesse non debeamus

mus

mus. Vos ergo O. O. CIUES ACADEMI  
CL! eā qua par est humanitate moneo & abtestor,  
ut deductionem Funeris præsentia vestrā cohonestea-  
tis. Postulat id charitas, exigit vita vestrā memori-  
randa fragilitas, præserium Merita Illustria Gene-  
rosissima Familia id requirunt. Fasit vero DEUS  
T. O. M. ut ad Imitationem tanti Exempli militie  
am bonam in hāc mortalitate militemus, & in  
seculo futuro parem perennis Gloriæ  
Coronam adipiscamur.

P. P. sub sigillo Rectoratus d. 21. Martii.

Anno 1709,

Convenient in templo Petriño  
hora 1. pomeridianâ





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn766689603/phys\\_0021](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn766689603/phys_0021)

**DFG**



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn766689603/phys\\_0022](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn766689603/phys_0022)

DFG




Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn766689603/phys\\_0023](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn766689603/phys_0023)

DFG





lustris, antiquæ, omniqve nobilitate coru-  
 æ gentisqve series, qvæ Generosissimam qvon-  
 . Dominâ CATHARINAM OELGARD von  
 bili sanguine suo . prognatâ dedit, fibiqve  
 rtutum genera . concreavit animum.  
 nobilitatem Ch . suo etiam futuro  
 ddidit, cum . illustrem sur-  
 ipsi inseru . spiritus sui  
 rgiter fec . dirent,  
 ovis in . ex eo  
 andoc . DEO be-  
 ene di . eroissimus  
 conv . IRISTOFF von der Kettenburg . Wüstenfel-  
 t, ut v . ius & Capitaneus dexterimus, axorem duxit  
 nnum attib . GUSTUS JU . am feminam von Barßen è domo Rambau, &  
 tori felicem soci . tri suæ dessideratissimæ 4. genuit nepotes lectis-  
 exempla, 5. Filios u . secundus, Generosissimus Dominus HANS  
 crearet. Horum primog . H von der Kettenburg, Serenissimo Holsatiæ  
 IRISTOFF von der Kettenburg . Wüstenfel-  
 ius & Capitaneus dexterimus, axorem duxit  
 am feminam von Barßen è domo Rambau, &  
 tri suæ dessideratissimæ 4. genuit nepotes lectis-  
 secundus, Generosissimus Dominus HANS  
 s intimis, ex unica Ducalis Holsaticæ aulæ sum-  
 elicta Generosissima filia von Ranßauen / tria  
 i pignora accepit. Tertius filius, Generosissi-  
 Dominus Cort Jürgen von der Kettenburg/  
 heus olim copiarum summi in Germania Impera-  
 toris